

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna q
cum fontibus primis

Ibi ymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum ciuium,
ibi dulcis solempnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuncium,

Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum ciuium;
ibi dulcis sollempnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntium;
ibi prouidi prophetarum chori; ibi iudex apostolorum numerus;
ibi innumerabilium martyrum uictor exercitus,
tanto illic laetior, quanto hic durius afflictus;
ibi confessorum constantia praemii sui perceptione consolata;
ibi fideles uiri, quos a uirilitatis suae robore uoluptas saeculi emollire non potuit;
ibi sanctae mulieres, quae cum saeculo et sexum uicerunt;
ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcenderunt;
ibi senes, quos hic et aetas debiles reddidit,
et uirtus operis non reliquit.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 14.5 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.101, ll.116-126).

ibi festiuitas sine fine, eternitas sine labe, serenitas sine nube.

Ipse erit dies festus meus, non diebus istis praecurrens et transiens, sed permanens in aeternum:
ipsa erit festiuitas, gaudium sine fine, aeternitas sine labe, serenitas sine nube.

Augustinus super Iohannem in omelia: Ego sum pastor bonus.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*, 28.8 (CCSL 36, R. Willems ed., p.281, ll.12-15).